Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

illa omnino sanguine fuit aspersa
¶ Quartus dolor fuit xpi et ma
rie matris sue / Dolor matris
fuit magnus / quia vidit filium suum
xpm ihm turpiter in facie sua
tractari ab illis quibus nil ma-
li fecerat / Vnde legitur in Johanne
Cum dominus ad iudicium duceretur sicut
fur / coram omni populo percussit eum
servus principis sacerdotum in fa-
ciem suam / Jhesus autem humiliter
dixit / quare me innocentem in
faciem meam cedis / cum numquam aliquid
fecerim tibi mali / Hic fuit magnus
dolor marie / quomodo posset
esse maior dolor quam quod mater
unicum filium suum miserabiliter
vidit occisum / Vnde ut potuit
maria dicere / Considerabam ad
dexteram et videbam et non erat qui
cognosceret me / Quod tunc fecit
maria stabat iuxta crucem et vi
dit carissimum filium suum morien
tem exclamavit et dixit Eya
dilectissime fili ubi est nunc con
solacio mea quam semper in te
habui Et cum deposuissent eum
de cruce et vellent eum sepelire
beata virgo corpus suum fortissime
tenuit / nec sepeliri permisit / dicens
Carissime iohannes mitte me
dilectum filium meum mortuum quem
vivum habere non potui / et si hoc
facere non vis rogo te ut me
cum ipso sepelias Cui Johannes

Scias dilecta mater quod genus
humanum aliter redimi non potuit
Tandem maria proiciens se super
sepulchrum et adeo miserabi
liter flevit quod omnes discipuli cum
ea fleverunt / Et cum Johannes
eam in civitatem ducere vellet ipsa
clamavit et dixit / Johannes di-
lectissime non separes me a dilecto
filio meo quia expectabo donec
etiam moriar / Tunc Johannes acci
piens eam quasi violenter / et duxit
eam in civitatem / quam cum viderent
populus et vestem eius sanguine co
spersam / sicut ante crucem steterat
unanimiter clamaverunt dicentes /
O quanta iniuria hodie facta est in
ierusalem in ista pulcherrima domina
et filio eius / et omnes ei toto
corde compaciebantur Et quia pro
nobis fidelissimus est et multa
hodie propter nos passus est / ideo
debemus ei cum respicere et sui mi-
sereri / ¶ Secundo in ipsum respicere
debemus / sicut hospes in servum
fidelem ministrantem / numquam ha-
buit homo in mundo ita fidelem
ministrum sicut xpm / Vnde Mathei
Ego autem in medio vestrum sum
sicut qui ministrat / Ministravit
enim nobis multipliciter / primo
ministravit nobis humiliter
Nonne esset magna humilitas
si alicuius regis filius propter
tuum amorem domum tuam intraret